ex sordibus, quae mea quadam terrestris et videntur
nascerentur, nequaquam tu eam minori laude dignam
arbitreris. Quid n. amoena rosa, quot speciosi
flores, iucundissimaeque arbores ex simili fimo
generantur? Et cum iuxta plerosque Recentiores
crines verae plantarum essentiae participent, ne
mireris si et ipsi propriis plantarum alimento
nutriantur. At fronte atque impudens es, tu
rufam barbam appellas sordes et dicas! quod tamen non
meae veritati sed et ipsi rationi repugnat:
Verum concedatur hoc detrimentum mendacium veri-
tati, sit sordes, sit excrementum rufa barba,
ita tamen divina coloris sui elegantia commendatur,
ut adhuc facile primas inter barbas obtineat.
Nam quid aliud terram illam Lemniam adeo raram
adeo nobilem ac pretiosam efficit, ut nunquam nisi
signata ac sine ingenti pretio venderetur, nisi
ipse mirabilis color? At Nunquam canescit:
nova rubrae barbae contumelia, et hactenus
inaudita. Non canescit rubra barba? qua au-
dacia, qua fronte, qua temeritate haec effutiun-
tur? An barba non multis abhinc annis penitus
rubra, iam vero undequaque candida indigitetur.